



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Et Ne Nos Inducas In Tentationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

Cogitemus autem quam uere miserum sit, non posse cōfugere Deum, non habere Deum protectorē, non gubernatorem, non opitorem, posse opprimi a Diabolo, aut humanis erroribus demereri ruere. In his tantis miseriis & periculis sunt omnes homines, qui cum in delictis contra conscientiam perseverent, non possunt invocare Deum. Excitemus igitur nos ad poenitentiam, & emendemus errores. Ceterum & hoc sciamus, agenti poenitentiam remitti culpam gratis propter Christum, ut supra saepe dictum est.

ET NE NOS INDUCAS  
IN TENTATIONEM.

Id est ne finas nos pertrahi a Diabolo ad impietatem, & ad alia scelera, defende nos contra Diaboli insidias, rege nos tua luce, tuis consilijs, ne finas nos ruere deceptos nostris erroribus, aut impulsos immobilitate carnis. Magna & admiranda sapientia & uirtus fuit Dauidis, hunc tamen uidemus aliquoties impulsus a Diabolo, aliter humano errore, ut cum iubet numerari populum. Cum igitur magna sit infirmitas omnium, tu nos aeternae Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, rege, & ostende nobis salutaria consilia in priuatis & publicis negotijs, & confirma corda nostra Spiritu sancto tuo, ut tibi oboeemperer, ut simus non organa irae, sed organa misericordiae, & utilia Ecclesiae.

LIBERA NOS A MALO.

PRITIO generalis est, quae petit liberationem ab omnibus miseriis & arumnis huius uitae, a peccatis, a tyrannide Diaboli, a scandaliis, a calamitatibus publicis & priuatis, ut uidelicet cum uniuersa Ecclesia erepta ex praesentibus miseriis, donetur luce, iusticia, & uirtute aeterna, & fruamur dulcissima consuetudine Dei aeterni, & Domini nostri Iesu Christi, Amen. VIDES igitur res petendas optimo ordine complexum esse Christum in hac forma, quam nos recitate iussit. Expressit enim inquit: Sic dicentes precamini, ac nominat res aeternas, spirituales, corporales, praesentes & futuras. Vult te de tota uita cogitare, imo de tota aeternitate, de praesentibus & futuris periculis, quorum cogitatio certe exuscitare animos ad inuocationem debet. QUOD uero initio monui, cogitandum esse quem Deum inuocet, ubi se hic Deus patefecerit, an & cur exaudiat, id attente considerandum est, ne uagentur animi inuocatione, sicut Ethnicorum animi uagantur. Ideo filius Dei aeternus assumpsit humanam naturam, ac nobiscum familiariter uersatus est, ut inuocantes cogitent hunc uere esse Deum, qui se patefecit misso hoc filio euidentibus testimonijs, & aeternum Patrem de hoc filio testificantem alloquantur. Formam igitur supra recensui.